VITAE SANCTORUM

Österreich, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 1r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26030
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Palladij Lauziaca Historia

BEATIFICO

& AVGIROR PROPOSITVM TVVM.

Dignum est enim a beatitudine incipere huius episto
le textum quo omnes circa uana & inania presen
tis seculi studium suum impendunt & in edificatione
rapidum ex quibus non ualde gaudebunt. Ipse autem uerbum
edificationis & sancte scripture doctrina doceri desiderans
sanctorum patrum conuersatione & instituta perquiris. Multorum igitur multa &
uaria per singula tempora habentur conscripta de his qui illecebras seculi de
relinquentes quorum bonum desiderium inspiratio superne gratie dei adiu
uabit in edificatione eorum qui fide uoluntaria permanent in doctrina
saluatoris nostri xpi. Uisum est & mihi humili reuerentie tue preceptis & de
siderio tue magnitudinis obedire amator doctrine ueritatis pro possi
bilitate mentis mee. Tricesimum siquidem & tertium annum etatis agens in con
gregatione fratrum conuersatus sum nihilominus etiam & in solitaria uita. Ui
cesimum autem in episcopatu. Igitur desiderantibus tibi sanctorum patrum enarrare uitam
uirorum scilicet ac feminarum quos uidi & de quibus audiui cum quibus & conuersatus sum tam
in egypti solitudine quam etiam in lybia & thebaida & sentie simul & qui di
cuntur tabenensiote. deinde in mesopomia palestine & syrie & partibus occiduis rome & campanie yeorum
qui in his morantur. Itaque ~~habens~~ ab initio habens exponere tibi & enarra
re specialiter in libro hoc ut in compendio salutifero pro conmonitorio
habeas in deficientem anime medicinam & obliuiscaris omnem quidem de
sidiam mentisque somnolentiam & irrationabile desiderium. omnem autem dissen
sionem anime etiam & commotionem iracundie & tristiciam & irracionabilem
timorem per hec repellas simul & ambitionem mundi despicias. ut in fi
de ueritatis & in desiderio proficias quatenus in proposito pietatis dux timet
ipsi conorum operum. & eorum qui tecum sunt & post te erunt pussimorum efficiaris im

Bibliotheca Novitiatus Admont

143